obſeruatū eſt.ſicuti uites quibuſdā dextera parte maiores:quibuſdā æquas utraqꝫ:aliquibus leua ma-
nu præcipuas.Nec id unq̄ in fœminis.Mares præſtare pōdere.Et defuncta uiuentibus corpora oium
animaliū.Et dormiētia uigilātibus.Viroꝝ cadauera ſpina fluitare.Fœminaꝝ ꝓna:uelut pudori defun
ctarum parcente natura.

Exempla uariarum figurarum. Capi.xviii.

COncretis quoſdā oſſibus ac ſine medullis uiuere accepimus.Signū eorū eſſe nec ſitim ſen-
tire:nec ſudorē emittere.quāq̄ & uoluntate ſciamus ſitim uictā.Equitēqꝫ Ro.Iuliū Viatorē
euocōtioꝝ gēte fœderata in pupillaribus annis aquæ ſubter cutē fuſæ morbo ꝓhibitū hu-
more a medicis naturā feciſſe cōſuetudine:atqꝫ ſenecta caruiſſe potu.Necnō & alii multa ſibi impauerē

Diuerſorum morum exempla Ca.xviiii.

FErunt craſſum auū Craſſi in parthis interēpti nunq̄ riſiſſe.Ob id Agelaſtū uocatum.Sicuti
nec fleſſe multos.Socratē claꝝ ſapiētia eodem ſemp uiſum uultu:nec aut hylari magis aut
turbato.Exit hic animi tenor aliquādo in rigorē quēdā toruitatēqꝫ naturæ durā & inflexi-
bilē:affectuſqꝫ humanos adimit:quales apathes græci uocāt.Multos eius generis experti.
quodqꝫ mirū ſit auctores maximæ ſapiētie.Diogenem cynicum.Pyrrhonē.Heraclitū.Timonē.Hunc
quidē etiam in totius odium generis humani euectum.Sed hæc parua naturæ inſignia in multis uaria
cognoſcuntur.Vt in Antonia Druſi nunq̄ expuiſſe.In pomponio cōſulari poeta nunq̄ ructuaſſe.Qui-
bus natu concreta ſunt oſſa:qui ſunt rari admodum:cornei uocantur.

De fortitudine & uelocitate. Capi.xx.

COrpore ueſco eſſe.ſed eximiis uiribus.Tritanum in gladiatorio ludo ſannitium armatura
celebrē:filiūqꝫ eius militē magni Pōpeii:& rectos & trāſuerſos cācellatim toto corpore ha
buiſſe neruos in brachiis etiā manibuſqꝫ auctor eſt Varro ꝓdigioſa uiriū elatione.Atqꝫ etiā
hoſtē ab eo ex ꝓuocatione dimicantē inermi dextra uno digyto ſuperatū:& poſtremo cor
reptū in caſtra tranſlatū.Alunius Valens meruit in prætorio Diui Auguſti centurio uehicula cum cu-
leis onuſta donec exinanirentur ſuſtinire ſolitus.Carpenta comprehenſa una manu retinere obnoxi⁹
contra nitentibus iumentis. Et alia mirifica facere:quæ inſculpta monumento eius ſpectantur. Ideo.
M.Varro Ruticellus inquit Hercules appellatus:mulum ſuum tollebat.Fuſius Saluius duocentenaria
pondera pedibus:totidē manibus:& ducenaria duobus humeris contra ſcalas ferebat.Nos quoqꝫ uidi
mus Athanatum nomine:prodigioſæ oſtentationis quinquagenario thorace plumaeo indutum. Co
turniſqꝫ quingentorum pondo calciatum per ſcœnā igredi. C.Milonē athletā cū conſtituiſſet nemo
M.cc.xl. ueſtigio educebat.Malū tenenti nemo digytū corrigebat.Cucuruiſſe mille centū.lx.ſtadia:ab athenis
Aniſtius lacedemonē biduo Philippidē magnum erat:donec Caniſtius curſor lacedemonius & Philōides Ale
xandri magni a ſytione helyn uno die.mil.cccii.ſtadia cucurrerunt.Nunc quidē in circo quoſdā.clx.
xlv paſ.tolerare nō ignoramus.Nuperqꝫ Fonteio & Vipſano cōſ.ānos.ix.genitum pueꝝ a meridie ad ue-
ſperū.lxx.M.p.cucurriſſe.Cuius rei admiratio ita demum ſolida perueniet:ſi quis cogitet nocte ac die
longiſſimum iter uehiculis tribus Tyberium Neronem emenſum feſtinātem ad Druſum fratrē ægro-
tantem in germania in ea fuerunt ducenta mil.paſ.

De uiſu. Capi.xxi.

OCuloꝝ acies uel maxime fidē excedentia inuenit exēpla.in nauce incluſam iliada:Homeri
carmen in mēbrana ſcriptū tradidit Cicero.Idē fuiſſe qui ꝓuideret.c.xxxv.mil.paſ.Huic &
nomen.M.Varro reddidit Strabonē uocatum Solitum autē punico bello a lilybeo ſiciliæ
ꝓmōtorio exeūte claſſe carthaginis portu ēt numeꝝ nauiū dicere.Callicrates ex ebore for
micas & alia tam parua fecit animalia:ut partes eaꝝ a cæteris cerni nō poſſent.Myrmecides quidam in
eodē genere inclaruit.a quo quadrigam ex eadem materia quā muſca integeret alīs fabricatam:& na-
uem quā apicula pennis abſconderet.

De auditu. Capi.xxii.

AVditus unū exēplū habet mirabile.Prœliū quo ſybaris deleta eſt:eo die quo geſtū erat au
tum olympiæ.Nam cymbricæ uictoriæ Caſtoreſqꝫ romāi quī perſicā uictoriā ipſo die quo
cōtigit nūciauere uiſus & audit⁹& numinū fuere præſagia.

Exēpla patiētiæ. Ca.xxiii.

PAtiētia corporis ut eſt crebrā ſors calamitatū innumera documēta pepit.Clariſſimū ī fœ-
minis leænæ meretricis exēplum:quæ torta nō indicauit Harmodiū & Ariſtogitonē tyrā-
nicidas.In uiris Anaxarchides q ſimili de cauſa cū torqueret præciſam e dētibus linguam
Anaxarchus unāqꝫ ſpem indicii in tyrānos expuit.

Memoriæ exempla. Capi.xxiiii.

MEmoria neceſſariū maxime uitæ bonū cui præcipua fuerit haud facile dictu ē:tā multis glo
riam eius adeptis.Cyrus rex oībus ī exercitu ſuo militibus noīa reddit.L.Scipio populo
ro.Cyneas Pyrrhi regis legatus ſenatui & æqueſtri ordini romæ poſtero die q̄ aduenerat.
Mithridates duaꝝ &.xx.gētiū rex totidē linguis iura dixit:ꝑ cōtiōe ſingulas ſine interꝑte affatus.Car
Charmidas madas qdā in græcia quæ qs exegerit uolumina in bibliothecis legentis mō repræſentauit.Ars poſtre
mo eius rei facta & inuēta eſt a Simonide melico cōſumata a Metrodoro Sceptio.ut nihil non iiſdem